Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26870
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mea. Item illic. Esto fidelis usq; ad mortem. & dabo tibi coronam uitę. Beati qui
gilabunt. & seruabunt uestimenta sua ne nudi ambulent. & uideant pudi
nem suam. Paul ad timoth. Ego iam delibor & tempus istius assumptionis. Bonum agonem
certauj. cursum profeci. fidem seruauj. iam superest mihi corona iustitię. quam mihi reddet
dns in illo die iudex iustus. Non solum autem mihi. sed & omnibus qui dilexerunt aduentum eius.
De eo ipso ad roman Sum filii dei. Si autem filii & heredes. coheredes autem xpi. Si quidem
compatiamur & cmagnificemur. In ps. C. xvii. Beati qui immaculati sunt in uia. qui am
bulant in uia dni. Beati qui pserutantur testimonia eius. Minora enim
quę in isto patiuntur. quam sunt promissum quod promissum est. Paul ad roman Non sunt condignę pas
siones huius temporis. ad superuenturam claritatem quę reuelabitur in nobis.
Dilectionem dei & xpi nichil preponendum. In deut nomio Diliges dnm dm tuum
de toto corde tuo. & de tota anima tua. In euang cata matth. Qui amat patrem
aut matrem super me. non est dignus me. Et qui non accipit crucem suam & sequitur me. non est
me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me. non est mis discipulus. Paul ad rom.
Quis nos separabit a caritate xpi. Pressura. an angustia. an persecutio. an fames.
an nuditas. an periculum. an gladius. Sicut scriptum est. Quia causa tui occidi
in tota die. deputati sumus ut oues uictime. Sed in his omnibus superuincimus. p
eum qui dilexit nos. Voluntati nostre sed dei obtempandum. In euang cata iohim.
Non descendi de celo ut faciam uoluntatem meam. sed uoluntatem eius qui me misit.
In euang cata matth Pater si fieri potest. transeat a me calix iste. Verumtamen non
quod ego uolo. sed quod tu. In pce cotidiana Fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra.
Item eo cata matheum Non omnis qui dicit mihi dne dne introibit in regnum celorum. sed
qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est. ipse introibit in regnum celorum. Cata luc.
Ille autem seruus qui cognouerit uoluntatem domini sui. & non paruerit uoluntati
eius. uapulabit multis. In epistola iohis. Qui autem fecerit uoluntatem dei.
manet in eternum. quoniam ipse manet in eternum. Fundamentum & firmamentum
spei & fidei esse timorem. In psalm. C viii Initium sapientię timor dni.
De hoc ipso in sapientia salm Initium sapientię metuere dnm. In pemis eius de.
Beatus homo qui timet dnm. Ad esayam. Et super quem aliquem respiciam. nisi
super humilem & quietum. & trementem sermones meos. De hoc ipso in genesi. Et uoca
uit eum angelus dni de celo. & dixit illi. Abraham. Ille autem dixit ei. Ecce ego. Et
dixit. Noli mittere manum tuam in puerum. neque feceris illi quicquam. Nunc enim cog
noui quod times dnm tuum. & non pepcisti filio tuo dilectissimo propter me.
In ps. ii Seruite dno in timore. & exultate ei in tremore. In ps. xxxiii Timete
dnm sci eius. quoniam non est inopia eis qui eum metuunt. In ps. xii. Timor dni castus
perseuerans in secla seclorum. Non temere de altero iudicandum.
In euangelio cata luca Nolite iudicare. ut non iudicemini. nolite condempnare
ne condempnamini. Paul ad roman Tu qui es qui iudicas alienum seruum. Suo